mea ad deum uiuū quādo ueniā
et apparebo ante faciē dei mei. ℣.
Fuerūt mihi lacrime mee panes
die ac nocte dū dicit̄ mihi p̄ ſin-
gulos dies ubi eſt deꝰ tuꝰ. Ore.
Concede q̄s om̄ps deus:
vt q̄ paſchalia feſta agi-
mus: celeſtibꝰ deſiderijs accē-
ſi. fontē vite ſitiamus. P dn.
Sequit̄ letania. quā require
in fine libri huiꝰ. Et ſacerdos
ī veſtiario caſulā tantum de-
ponēs. ī chorū veniat. Et ſac̄-
dos reſūpta caſula circa finē
letanie: dum chorus incipit
kyrieleyſon. cū miniſtris ad
altare procedat. orationem et
cōfeſſioē faciat. ⁊ ſic glā in ex-
celſis p̄ferat. Dn̄s vo. Ore.
Deus qui hanc ſacratiſ-
ſimā noctē gloria dn̄ice
reſurrectionis illuſtras: con-
ſerua in noua familie tue pro-
genie adoptionis ſpiritum
quem dediſti. vt corpore ⁊ mē-
te renouati: puram tibi exhi-
beant ſeruitutem. Per eun-
dem dn̄. in vnitate eiuſdem.
Fratres. Ad coloſenſes.
Si conreſurrexiſtis cū
chriſto que ſurſum ſunt queri-
te: vbi chriſtus eſt in dextera
dei ſedens Que ſurſum ſunt
ſapite: non que ſuper terram.
Mortui enim eſtis: et vita
veſtra abſcōdita eſt cum chri-
ſto in deo. Cum enī chriſtus
apparuerit vita vr̄a: tunc et
vos apparebitis. cum ipſo in
gloria. Alla. ℣. Confitemini
domino qm̄ bonus qm̄ in ſeculū
miſericordia eius. Tractꝰ. Lau-
date dn̄m omnes gentes et col-
laudate eum omnes populi. ℣.
Quoniam confirmata eſt ſuper
nos miſericordia eius et veritas
domini manet in eternū. Scdm matheum
In illo tpe: Ve-
ſpe autē ſabbati que luceſ-
ſcit ī prima ſabbati. venit ma-
ria magdalene et altera ma-
ria videre ſepulchrum. Et ec-
ce terremotus: factus eſt ma-
gnus. Angeluſ enim domini
deſcendit de celo: et accedens
reuoluit lapidem: et ſedebat
ſuper eum. Erat autem aſpe-
ctus eius ſicut fulgur: et ve-
ſtimenta eius ſicut nix. Pre
timore autem eius exterriti
ſunt cuſtodes: et facti ſunt ve-
lut mortui. Reſpondens au-
tem angelus: dixit mulieri-
buſ. Nolite timere voſ. Scio
enim quod ieſum qui crucifi-
xus eſt queritis. Non eſt hic

Surrexit enim: ſicut dixit. Venite ⁊ videte locum: vbi poſitus erat dominꝰ. Et cito euntes dicite diſcipulis eius quia ſurrexit: ⁊ ecce precedit vos in galileã. Ibi eũ videbitis: ecce predixi vobis. Hic nõ dicit credo. Secreta

Suſcipe dñe q̃s preces populi tui cum oblationibꝫ hoſtiarũ. vt paſchalibꝫ iniciata myſterijs. ad eternitatis nobis medelam te opante proficiant. P. Prefatio. Te quidē dñe omi tempe. Require ante canonē. Intra actiõem Cõmunicantes ⁊ noctē ſacratiſſimã. Hanc igit oblationē Require ante canonem Pax dñi dr ſꝫ nõ agnꝰ dei. Poſt cõ

Spiritũ nobis dñe tue caritatis infūde: vt quos ſacramētis paſcalibꝫ ſatiaſti tua facias pietate concordes. P eiuſdē. In die ſcõ paſche ſtatõ ad ſctã ꝫ mariã ad p̃ſepe

Reſurrexi et adhuc tecum ſum alla poſuiſti ſup me manũ tuã alla mirabilis facta ē ſciētia tua alla alla. Ps Dñe probaſti me et cognouiſti me tu cogno. ſeſ. meã et re. meã. Gloria.

Deus qui hodierna die per vnigenitũ tuũ eternitatis nobis aditũ deuicta morte reſeraſti. vota noſtra q̃ puenīedo aſpiras etiã adiuuãdo pſeqre. p eũdē. Collecta.

Fratres: Ex. Ad chorinthios

Expurgate vetꝰ fermētũ: vt ſitis noua cõſpſio ſic eſtis azimi. Etenī paſcha nrm: imolatus eſt xps. Itaqꝫ epulemur nõ in fermēto veteri. neqꝫ in fermēto malicie ⁊ nequicie: ſed in azimis ſinceritatis ⁊ veritatis. Gr. Hec dies q̃ꝫ fecit dñs exultemꝰ ⁊ letemur in ea. V. Cõfitemini dño qm̃ bonꝰ qm̃ in ſeculũ miſericordia eiꝰ. Alla. V. Paſcha noſtrũ immolatꝰ eſt xps epulemur in azimis ſinceritatis et veritatis. Scdm marcum.

In illo tpe: Maria magdalene. ⁊ maria iacobi ⁊ ſalome. emerũt aromata: vt veniētes vngerēt ihm. Et valde mane vna ſabbatoꝝ veniunt ad monumētũ orto iam ſole. Et dicebant ad inuicem Quis reuoluet nobis lapidē ab oſtio monumēti: Et reſpiciētes viderūt reuolutũ lapidē Erat quippe magnus valde Et introeūtes in monumētũ